turbauerit me. Et per me propositum est
decretum ut introducerentur in con-
spectu meo cuncti sapientes babilonis.
ut solutionem sompnii indicarent
michi. Tunc ingrediebantur arioli
magi. caldei. et aruspices. et sompni-
um narraui in conspectu eorum. et
solucionem eius non indicauerunt michi.
Donec collega ingressus est in conspec-
tu meo danihel cui nomen balthasar
secundum nomen dei mei. Qui habet spiritum
deorum sanctorum in semet ipso. et sompni-
um coram eo loquutus sum. Baltha-
sar princeps ariolorum. quem ego scio
quod spiritum deorum sanctorum habeas
in te: et omne sacramentum non est
inpossibile tibi. Visiones sompniorum
meorum quas uidi et solucionem eorum
narra michi; uisio capitis mei in cubili meo.
Videbam et ecce arbor in medio terre. Et
altitudo eius nimia; magna arbor
et fortis. et proceritas eius contingens
celum. Aspectus illius erat usque ad ter-
minos uniuerse terre. Folia eius pulcher-
rima. et fructus eius nimius. et esca
uniuersorum in ea. Subter ea habita-
bant animalia et bestie. et in ramis eius
conuersabantur uolucres celi. et ex ea ues-
cebatur omnis caro. Videbam in ui-
sione capitis mei super stratum meum. Et
ecce uigil et sanctus de celo descendit et clama-
uit fortiter et sic ait. Succidite arborem
et precidite ramos eius. Excutite folia eius.
et dispergite fructum eius. fugiant bes-
tie que subter ea sunt et uolucres de
ramis eius. Verumptamen. germen
radicum eius in terra sinite. et alligetur
uinculo ferreo et ereo. in herbis que

[illegible]
hominem constituet super eo. Hoc sompnium
uidi ego rex nabuchodonosor.

Ubi nabuchodonosor in stratu suo uisionem uidit.